



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi**

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

Vita Abbatis Pauli Nazarbensis. Capvt. XLI.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

que, quia diabolus studium meum impedire voluerit. Orationes autem senis iuuerunt me. Perueniens igitur ad Abbatē Theopilum, exposui illi hesitationē meā. Qui dixit mihi: Duo gladij duas vitas significant, actiuā, & contemplatiuā. Si quis ergo has duas virtutes habeat, hic perfectus erit.

**A**d hunc ipsum Abbatē Cosmā perrexi ego, dum esset in Laura Pharan. Mansi enim in illa annos decem. Cumque mihi loqueretur de salute animæ, & quoddam ex dictis sancti Athanasij Alexandriae Archiepiscopi allegaret, ait ad me senex: Cum inueneris aliquid ex opusculis sancti Athanasij, nec habueris chartas ad scribendum, in vestimentis tuis scribe illud. Tanto, talique studio flagrabat erga sanctos Patres nostros, & Doctores sanctus senior.

**D**ICEBAT autem & hoc Abbas Cosmas de seipso, quod nocte sanctæ s̄ Dominicæ à vespere vsq; mane, staret psallens, & legens, & in cella sua, & in Ecclesia, neque omnino sedes. Orto autē sole, cum impleisset Canonē, sedebat legens in sanctis Euangelijs vsq; ad collectam.

1 Nota pretiosas Sancti reliquias.

2 Si Sanctus in tribulatione venit ad pauperem, & illi consolatur, non est mortuus, ut dicunt quidam. Itē habes quod Sancti sciunt, quæ circa nos aguntur.

3 Vide hæreticū inimicū esse sanctæ Catholicæ Ecclesiæ.

4 Ecce quanti faciendi Doctores sancti, & Patres antiqui, qui suis literis Ecclesiam exornarunt. Contrarium hodie faciunt heretici.

5 Vide veterem obseruationem diei Dominicæ.

6 Ecce antiquorum monachorum exercitia, Vigilia, Psalmodia, Lectiones.

Vita Abbatis Pauli Nazarenensis.

CAPVT. XLI,

Y 3

Vidimus

**V**idimus & alium senem in eadē Laura, Abbatē. s. Pau. virū <sup>1</sup> sanctū ac Deo deditū, misericordissimū, atq; abstinentissimū. Neminē verò memini me vnq; vidisse tanta cōsolationis, ac lachrymarū gratia ornatū. Sti labant enim ex oculis eius iugiter lachrymæ. Impleuit ergo sanctus iste senior in vita solitaria annos ferè quinquaginta, contentus sol'a panis elemosyna, quam Ecclesia dabat, cuius que omnino colloquens. Erat autem ex Nazareth.

*1 Aduerte quam commendabiles erant anisqui Monachi.*

*Vita Abbatis Anaxanontis serui Dei.*

C A P V T X L I I.

**V**idimus in eodem loco Abbatem Anaxanontem virum misericordem, & continentissimum, vitamq; solitariam in cellula sua agentem tanta districtione, vt per quatuor dies vnam tantum oblationem manducaret minorum vegeti. Sæpe verò & tota hebdomada eam <sup>1</sup> solam comedebat Cir'a extremum verò vitæ suæ, venerandus hic vir dolorem incurrit ventris, & viscerum. Tulimus itaq; illum in sanctam Ciuitatem in domum infirmorū, quæ sub Patriarchæ erat cura. Die verò quadã cū propè illū essemus, misit ad illum Abbas Conon Dux Laureꝝ sancti patris nostri Sabæ sudarium, vnam habens benedictionē, & nummata sex ita illi significans: Ignosce mihi, quia nō permittit me ægritudo ascendere, & te salutare. Senex autē benedictionē quidē retinuit, nummos verò remisit dicens: Si quidē voluerit Deus, vt in hac vita durē, Pater, habeo nūmos decem. Cū vero eos expendero, significabo vobis, & mittetis istos. Vt autē noueris, Pater post duos dies seculum illud derelinquo. Quod & factū est. Detulimus autē eum in eandē Lauram Pharā, & ibi eum sepeliuimus. Fuit autē beatus iste, & beati Eulstochij contaberna